Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



habuerat. Et dixerunt ei. Quia he
ri hora septima reliquit eũ febris.
Cognouit ergo pater quia illa ho
hora erat in qua dixit ei ihs. filius
tuus viuit: et credidit ipse et dom
eius tota. Hoc rũsum secũm signũ fe
cit ihs cũ venisset a iudea in galileã.
Post hec erat dies festus
iudeorũ: et ascendit ihs iero
solymã. Est autẽ in ierosolymis
probatica piscina. que cognominatur
hebraice bethsaida. quinque porticus
habens. In his iacebat multitudo
magna languentũ. cecorũ. claudorũ.
aridorũ. expectantũ aque motum.
Angelus autẽ dñi secũm tpis descende
bat in piscinã: et mouebatur aqua.
Et qui prior descendisset in piscinã
post motionẽ aque: sanus fiebat
a quacũq; detinebatur infirmitate.
Erat autẽ quidã homo ibi. xxxix. et
octo annos habens in infirmitate sua.
Hunc cũ vidisset ihs iacentẽ et cog
nouisset quia iam multũ tpis habet
dicit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei
languidus. Domine hominem non habeo
ut cum turbata fuerit aqua mittat
me in piscinã. Dum venio enim ego.
alius ante me descendit. Dicit ei
ihs. Surge tolle grabatũ tuũ et am
bula. Et statim sanus fuit homo.
et sustulit grabatũ suũ et ambulabat.
Erat autẽ sabbatũ illo die. Dicebat
ergo iudeis ille qui sanus fuerat fuit.
Sabbm est: non licet tibi tollere gra
batũ tuũ. Respondit eis homo. Qui
me sanũ fecit. ille mihi dixit. Tolle
grabatũ tuũ et ambula. Interrogaue
runt ergo eũ. Quis est ille qui dixit
tibi. tolle grabatũ tuũ et ambula?
Is autẽ qui sanus fuerat effugit. nes
ciebat quis esset. Ihs autẽ declinauit
a turba. constituta in loco. Postea
inuenit eum ihs in tplo: et dixit illi.
Ecce sanus factus es: iam noli peccare
ne deterius tibi aliquid contingat.
Abiit homo ille et nuntiauit iudeis.
quia ihs est qui fecit eũ sanũ. Propte
ea persequebantur iudei ihm: quia hec
faciebat in sabbatis. Ihs autẽ respondit
eis. Pater meus usq; modo operatur:
et ego operor. Propterea ergo magis quę
rebant interficere eum iudei: quia nõ solu
m sabbm solubat. sed et patrem
suũ dicebat dm: equale se faciens
deo. Respondit igitur ihs. et dixit eis: Amẽ
amen dico vobis: non potest filius
a se facere quicquam. nisi quod viderit pa
trem facientem. Quecũq; enim fecerit
ille: hec et filius similiter facit. Pater
enim diligit filiũ et omnia demonstrat
ei que ipse facit: et maiora his de
monstrabit ei opa ut vos mire
mini. Sicut enim pater suscitat mor
tuos et viuificat: sic et filius quos vult
viuificat. Neq; enim pater iudicat
quemquam: sed omne iudicium dedit fi
lio: ut omnes honorificent filiũ sicut
honorificant patrem. Qui non
honorificat filiũ: non honorificat
patrem qui misit illum. Amen amen
dico vobis: quia qui verbũ meũ audit
et credit ei qui me misit. habet vitam
eternam. Et in iudicium non venit: sed
transiet a morte ad vitã. Amẽ amen
dico vobis: quia venit hora et nũc est.
quando mortui audient vocem filii dei:
et qui audierint viuent. Sicut enim
pater habet vitã in semetipso: sic de
dit et filio hre vitã in semetipso. Et
potestatem dedit ei iudicium facere. quia
filius hominis est. Nolite mirari hoc: